



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt IV. Contemplatio supernaturalis aliquando cum sensuum alienatione, aliquando sine illa contingit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

etiam omnium creaturarum, quæ claritate DEI in fructivam DEI cognitionem non trahuntur.

Idcirco magnæ esset præsumptionis, deistis velle scribere; quia licet aliquis hoc cum Paulo essentialiter vidisset, tamen non liceret sibi hoc eloqui, eò quòd nullo modo valeret hoc per aliquam similitudinem exprimere. Hoc igitur modo juxta possibilitatem meam demonstravi tibi viam ad ingressum supereminentis contemplativæ vitæ, sed quid recipiat anima cum ibidem intracta fuerit, hoc committo ruminandum illis, qui hoc experimentaliter agnoscunt, & adinstar Pauli, ut ita dixerim, rapi meruerunt in tertium cælum. Hæc Harphius.

De hoc etiam genere contemplationis loquantur illi Auctores, qui merito judicant, dati in altissima contemplatione puram DEI cognitionem à phantasmibus depuram, ut superius annotavimus. Hoc etiam genus contemplationis verè pertinet ad visionem intellectualem, de qua forsitan alibi fusiùs distremus in qua (licet non semper, aliquando tamen) veritas nudè, ut est in seipsa, ab illo phantasmatum velamine conspiciatur, ut aperè significare videtur D. Augustinus lib. 12. super Genes. ad litteram cap. 26. Ita, inquit, si ab ipsis rapiatur mens, ut in illam quasi regionem intellectualem vel intelligibilem subeat, ibi sine ulla corporis similitudine perspicua veritas cernitur, nullis opinionum falsarum nebulis offuscatur: ibi enim beata vita in fonte suo vivitur. Hæc & alia Augustinus.

In hac præterea intellectuali contemplatione sive visione, defæcatissima justorum mentes, divino illustratæ lumine, ac intelligibilibus speciebus intellectu impressis, Fidei mysteria altissimo modo cognoscunt, & quasi sentiunt se ea evidentius perspicere, gratiam, charitatem, ceteroque habitus supernaturales quasi intuitivè cernunt, cum Angelis ac beatissimis spiritibus conversantur, ac eos non figuratos, sed in se ipsis clarè perspicueque inveniunt. Et licet DEUM facie ad faciem non videant, eum tamen per intelligibiles effectus altissimo modo, & quasi Angelico, contemplantur, in ejusque ardentissimum amorem mirabiliter transformantur. De his videtur loqui Bernardus Serm. 52. in Cantica: *Moriatur anima mea a morte Angelorum, ut præsentium memoriam excedens, rerum se inferiorum non solum cupiditatibus, sed & similitudinibus exuat, sitque pura cum eis conversatio, cum quibus est puritatis similitudo.* Hæc ille.

CAPVT IV.

Contemplatio supernaturalis aliquando cum sensuum alienatione, aliquando sine illa contingit.

AGMUS jam, ut ultimam huic Operi manum imponamus, de illo contemplationis genere, quod in raptu sæpe contingere solet. Raptus, ut docet D. Thomas 2. 2. quæst. 173. art. 3. in corp. ex duplici capite provenire potest. Aliquando virtute divina repente spiritum humanum elevante, juxta illud Ezech. 1. *Facta est super eum manus Domini.* Aliquando verò raptus sive mentis excessus est effectus contemplationis vehementis, sicut de D. Petro legitur Act. 11. quòd cum oraret in cœnaculo, factus est in excessu mentis, & de hac tantùm specie raptus, quæ à contemplatione, vel ab amore, vel delectatione vehementi oritur, pertractabimus in præsentii, relicta illa priori.

Plura essent hîc de raptu differenda, de quibus

speciatim alibi, adjuvante DEO, differemus, tantum hîc quatuor hæc breviter tractaturi. *Primum*, Ex quibus causis in contemplatione contingat à sensibus alienatio. *Secundum*, In quibus præcipuè generibus contemplationum ecstasis evenire soleat. *Tertium*, Nobiliorne sit illa contemplatio quæ in raptu, eà quæ sine raptu fit. *Quartum*, An in raptu libertas invenitur.

Tribus autem de causis, dum divina contemplantur, ut auctor est venerabilis Richardus lib. 5. cap. 5. de contempl. in mentis alienationem abducimur: modò præ magnitudine admirationis sive lucis, modò præ magnitudine devotionis sive amoris, demum præ magnitudine invidiositatis, ut aliquando vehemens & intensa rei visæ admiratio, sive claritatis divinæ intensus splendor, aliquando renacillima & intensa amoris adhesio, aut nimia delectatio, causæ sint ut anima à proprio statu quasi reholura, ad superius elevetur. Hæc latius Richardus profertur ubi supra, ex cuius doctrina quæ postiora sunt asseremus.

Primum igitur magnitudine admirationis animæ humana supra septimam ducitur, quando in excessiva contemplatione divino lumine irradiata, & in obsumme pulchritudinis admiratione suspensa, tam nitidè, vehementi stupore concutitur, ut de suo statu admittitur excutitur, & in modum soligitur corruptionis, quanto profundius per defectum sui in quovis visæ pulchritudinis respectu in ima dejectus, tanto sublimius, tanto celerius super semetipsam rapta, in sublimia elevatur: tunc enim contingit admiratio, quando aliquid certinim præter spem, & supra æstimationem. Novitas igitur visionis, & rei vix credibilis, adducere solet admirationem mentis, rei que novitatem, quanto magis miramur, tanto diligentius attendimus; & quanto attentius perspicimus, tanto plenius cognoscimus.

Quod satis convenienter describitur Cantica.

6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens?* Nam aurora paulatim elevatur, elevando dilatatur, & dilatando clarificatur, & tandem in defectum sui veniens, in diem esse definit. Sic humana intelligentis divino lumine irradiata, dum intelligibilem contemplatione suspenditur, & eorum admiratione distenditur, quanto ad altiora & mirabilia ducitur, tanto copiosius dilatatur. Et unde ab infimis remotior, in diem (semper) purior, & ad sublimia subtilior invenitur. Cum ergo sic semper ad altiora crescit, tandem aliquando crescendo humanæ capacitatis metas transcendit, ut à semetipsa penitus deficiat, & in lux permundanum quemdam affectum totaliter transformata super semetipsam eat.

Et sicut lux matutina crescendo definit non quidem esse lux, sed esse lux matutina, ut ipsa aurora non sit jam aurora: sic humana intelligentia ex magnitudine dilatationis suæ quoadque accipit, ut ipsa jam non sit ipsa: non quidem non sit intelligentia, sed ut jam non sit humana, dum modo mirabili immutationeque incomprehensibili efficitur plusquam humana, dum gloriam Domini specularando in eandem imaginem transformatur à claritate in claritatem tamquam à Domini spiritu. Unde si vas aquæ radio solis supponas, ipsam mox aquam videbis ex se luminis splendorem in superiori transfundere, & claritatem quidem, abique calore tamen, in summa levare. Quid est aqua, nisi cogitatio humana? quæ semper ad inferiora labitur, nisi sub imagine divinitatis secretionis moderamine cohibeat. Aqua ergo in vase collecta, est cogitatio meditationi intenta, & per intentionem defixa: cui solis radius se infundit,

dit, cum divina revelatio meditationi occurrit. Sicut igitur aqua, cum radium in se superius luminis accipit, fulgorem quoque luminis ad speciem emittit, quod ipsa per se nullo modo concedere valet; (& cum tanta sit differentia aquae & luminis, radio tamen, quem de se lumen emittit, aliquid suae similitudinis imprimit, ita ut tremula tremulum, quæta quietum, purior puriorem, diffusior diffusioem efficiat; sic etiam, cum revelatio luminis illius inaccessibilis cor humanum irradiat, supra semetipsum humanam intelligentiam levat. Et illic intelligentiæ radius infusione divini luminis & admirationis reverberatione de imis ad summam resiliit, ubi nulla ingenii perspicacia, nulla artis industria, humana ratiocinatio ascendere sufficit. Et quando perfectius pacem & tranquillitatem animus ad inima componere prævaluerit, tanto firmitus & tenacius in hac sublevatione summæ luci per contemplationem ad hæretur. Et quanto purior ad integritatem, tanto diffusior ad charitatem, & perspicacior capacioreque repetitur ad superælestium contemplationem, ac uberior gustus ad fruitionem, quibus feliciter allectus animus, ad eam summam totius conatus in divinarum rerum contemplatione constituit, ut si ab ea paululum vel invitæ cogitationibus violenter abstrahatur, hoc ipsum quasi quoddam sacrilegii vitium in se puniit & execratur: quidquid ab illo vero lumine mentis conspectum re trahit, ac in quibus iste mundus vesatur, universa fastidit.

Mentis excessus ob amoris seu devotio- nis magnitudinē qualis?

Secundo excedendi modo mens supra seipsam elevatur, quando tanto cælestis desiderii igne succenditur, ut amoris intimi flamma ultra humanum modum exteascat, ita ut animam humanam ad terræ similitudinem liquefactam, à pristino statu penitus resolvat, & ad summam attenuatam in superna eleveat, & ad summam elicitat. Iste etiam excedendi modus Cantic. 3. non oblatè exprimitur illis verbis: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto sicut virgula sumi ex aromatibus myrris, & thuris, & unversi pulveris pigmentaria?* Et talis excessus mentis magis fieri solet, ex sola desiderii ferventi zéluatione, quam ex adjuncta sibi divina revelatione. Major enim ad mentum illa mentis elevatio esse videtur, quæ favente gratia surgit ex incessione & inflammatione propria, quam illa, quæ surgit ex sola vel aliqua inspiratione divina.

Et hujus practica sumi potest ex naturalibus. Quia sicut ignis corporeus liquorem modicum in vase superpositum primo ab imis incipit evertere, deinde nunc in hanc nunc in illam partem facta re, nunc verò sursum nunc deorsum agitare, tandem etiam ad superius a vasis attolere, donec vas totum ex quovis modo repleverit; ad ultimum verò cum violentia quadam incipit interiora vacuare, & foras effundere: sic spiritus humanus igne divino succensus, continuatis exercitiis paulatim magis ac magis æstuat, donec tandem fervat ac super se veat, ac impellentibus desideriis extra se tandem ejectionis, sui que penitus oblitus, & per cæstis sublevaris, totus in superiora rapiatur, & sic in quamdam dulcedinem divinæ suavitatis absorbeat.

De qua dulcedine dicit Richardus, quod nihil in hac vita sentiri jucundius, nihil ita animum ab amore mundi elongat, nihil ita mentem contra tentationes roborat. Quem enim talis gustus inebriaverit, ad omne opus & omnem laborem hilare scit, laborat & non lassescit, festinat nec deficit, dolet nec sentit, lætatur & nescit, irridetur non adverteit.

Restat adhuc tertius in contemplatione excedendi modus ex magnitudine jucunditatis explicandus. Tunc enim mens mira exultatione repleta, à seipsa alienatur: quoniam intima illa in eternæ suavitatis abundantia potata, imò plenè inebriata, sui penitus oblitus, in alienationis excessum tractuctur, & in supermundanum quemdam affectum sub quodam miræ felicitatis statu raptim transformatur. Hic sanè excedendi modus Cant. 8. satis convenienter expressus videtur illis verbis: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delictus affluens, immixta super dilectum suum?* Si namque per desertum intelligitur cor humanum ab omni tumultuatione separatum, quis erit ascensus de hoc deserto, nisi humanæ mentis excessus? quo se mentis alienatione deserens, & ipsos cælos pertransiens, spiritus se totum solis divinis per contemplationem & devotionem immergit. Cujus causa subnectitur in eo, quod delictus spiritualium gaudiorum affluere describitur, quas aliunde consequi non valet, nisi ex intima illa animi jucunditate, & divinitus infusa dulcedine.

Non autem dicit, *delicias habens*; sed, *delictus affluens*: quia non quælibet harum deliciarum experientia, sed earum affluentia talem ascensum, qui de deserto fit, gignit & perficit. Nam eo tempore, quo caret anima hac influentia ad ascensum hunc (de quo nunc loquimur) surgere non valet, quoniam in ascensu tali delictus eam affluere necesse est. Hinc merito dilectio suo dilectæ ac tenaciter innuunt describitur: quia non propriis viribus in hunc ascensum, sed illius virtute sustollitur, qui sua dignatione dilectam suam deducit in nube dei, & tota nocte in illuminatione ignis. Alioquin, qualiter ipsa sustineret pondus dei & æstus, nisi sub umbra illius quem diligit? ut ipsa feliciter experiri mereatur, *Virens Altissimi obumbrabit tibi*. Unde licet dilectæ semper & ubique dilecti sui adjutorio indigeat, ita quod sine illo nihil incipere nihilque percipere valeat; nusquam tamen cooperanti gratiæ vehementius oportet incubere, quam eo loco ubi ascendit de deserto delictus affluens; quia quidquid ei ad consolationem & jucunditatem valere potest, totum ex alieno beneficio & arbitrio pendet. Et idè rectè viribus illius innuitur, de cujus munificentia totum rectè præsumitur, quod speratur, desideratur, & amatur.

Hæc sunt tria excessuum genera, quæ à contemplationis vehementia orti solent. Nobilitas verò in his contemplationibus sumitur non tam ex alienatione à sensibus, quam ex plenitudine luminis interni à DEO infusi, & ex nobilitate specierum intelligibilium, quæ DEO auctore menti imprimuntur. Est enim visio intellectualis, quæ sine raptu solet contingere, & in qua exercetur altissima DEI contemplatio, illustrior visione imaginaria, in qua divina contemplatur similitudines corporalibus etiam à DEO immixtis: tam enim ista visio sive contemplationis species nunquam sine raptu contingere solet, ut expressè docet D. Thomas 2. 2. quæst. 173. art. 3.

Præterea cum raptus aliquando contingat potius ex debilitate potentie, quam ex amplitudine & nobilitate objecti, vel interioris luminis, ut sæpè contingit in incipientibus; qui cum divina degustare incipiunt, eorum dulcedine allecti facile à se ipsis abstrahuntur: quemadmodum illi qui non sunt affluens continuis potationibus, uno aut altero vini hauitu facile inebriantur; affluens verò quanto magis bibunt, eò magis sitiunt, ac ferè semper sui compositi manent.

Declaratur tertius mentis excessus ob magnitudinem jucunditatis.

Delictus affluere quid sit?

Consulendum. Dominicus à SS. Trinit. Tom. 7. Bibliotheca Theol. lib. 7. sect. 7. cap. 4.

Su-

Sumenda igitur est contemplationis excellentia, etiam in raptu, ex principio efficienti, interna inquam inspiratione, siue lumine; ita ut quanto lumen fuerit clarius, certius & plenius, ceteris partibus præstantior erit contemplatio. Deinde attendenda est specierum à DEO infusarum nobilitas: nam species intelligibiles nobiliores sunt sensibilibus, & inter illas, quæ per se à DEO justorum mentibus immittuntur. Inter sensibiles verò similitudines per se infusæ, si quæ sunt in hoc genere, præstantiores sunt aliis, etiam si sint de novo infusæ, aut præexistentes divinitus ordinatæ.

CAPVT V.

In raptu, siue contemplatione quæ cum sensuum alienatione contingit, non inuenitur libertatem, neque perfectum iudicium.

Raptus siue ecstasis dupliciter potest contingere.

PRÆMITTEMUS pro maiori claritate, raptum siue ecstasim, ut S. Thomas docet 1.2. *quest.* 29. & 2.2. *quest.* 175. *art.* 1. & 2. dupliciter posse contingere. Primo, secundum vim apprehensivam, cum scilicet homo ponitur extra cognitionem sibi propriam & naturalem; quod tunc contingit, cum alienatus à sensibus ad superiora sublimatur, ut comprehendat ea quæ sunt supra sensum & rationem. Secundo provenire solet ecstasis à vi appetitiva, tunc enim dicitur aliquis ecstasim pati, cum appetitus illius extra se quodammodo vigore sui impetus extens, in alterum quasi transformatur. Et istam ecstasim propter directionem causam aut intentum; illam verò tantum dispositivè, in quantum scilicet facit meditari de re amata. Nunc de ecstasi, quæ in vi apprehensiva contingit, differemus; de ea quæ ex inconsideratione amoris univèsi siue fructivi contingit, acturi in Libro de unione supernaturali & fructiva.

Vid. Comment. in mansione 4. Castellani anima cap. 4. splendore 5. Restituzione 3. P. Palthas. S. Caib.

Videtur probabilius in raptu non adesse libertatem nec meritum.

Omnia igitur aliorum sententias, de quibus alibi plenius auertemus, in raptu (qui eam alienatione à sensibus contingit) nobis probabilius appere. Non inuenitur libertatem, neque perfectum iudicium, ac ex consequenti neque meritum. Hanc sententiam gravissimè A. C. docet, docuerunt: in primis D. Augustinus super Genes. ad litteram lib. 12. cap. 14. & seqq. expressè ait, in dormientibus, propter bonam animæ affectionem præcedentem in vigilia, in somnis quedam ejus merita percipit. Et ponit exemplum de Salomone. Nam etiam, ait, dormiens Salomon sapientiam præposuit omnibus rebus, eamque neglectis ceteris est præcatus à Domino: & sicut Scriptura testatur, placuit hoc coram Domino. Et in eod. lib. cap. 14. docet, D. Petrus non obtulisse, quia in illa ecstasi, de qua fit mentio *Att.* 10. cum præciperet Dominus, ut manducaret animalia immunda, respondit: Nequaquam Domine, quia nunquam manducavi immundum; purans ea ipsa, quæ in disco demonstrabantur, tanquam vera animalia. Et adfert exemplum de dormientibus, arbitantes vera corpora esse similitudines, quas in somnis vident, aut de visione immixta à demone; in quibus omnibus docet, nihil animæ obesse aut prodesse quidquid tempore alienationis sentiat, sed tantum attendendum esse iudicium, quod post alienationem fit de rebus.

Quibus clarè innuit S. Augustinus, quidquid in alienatione fieri contingit, nec boni nec mali rationem habere, quod non potest esse, nisi ob defectum & earentiam libertatis.

D. Hieronymus eam expressè tenet in Prologo

in Habacuc Tom. 6. ubi sic ait: *Qui autem in ecstasi, id est, in raptu loquitur, nec tacere, nec loqui in sua potestate habet.* Et in Prologo in Nahum Prophe. ait: *Non enim (ai) loquitur in suis sensibus, sed quod propheta, liber est visioni intelligenti universa, quæ loquitur.* Idem affirmat in Prologo in Isaiam.

D. Bernardus apertè in hanc sententiam inclinat, dum *Serm.* 2. Ascensionis in fine ait: *Alii raptantur, qui possunt dicere. Trahe me post te.* Alii ducuntur, qui dicunt, *Introduxit me rex in cellaria sua.* Alii rapiuntur, sicut Apostolus raptus est, ad tertium celum. Et primi quidem felices, secundi feliciores, tertii felicissimi, qui in profundissima DEI misericordia, quasi quodammodo sepulta jam arbitrii potestate, in divitiis gloria in spiritu ardoris rapiuntur. Hæc Bernardus: qui c. h. Pauli exemplum a dicitur, ipse tamen sentit, neminem in hac vita, etiam ipsum Paulum DEUM vidisse, ut patet ex *Serm.* 31. in Cantica, post intium, & idem Bernardus expressè ad Fratres de monte Dei, prope finem.

D. Bonaventura de processu Relig. *Process.* 7. cap. 18. loquens de his visionibus, asserit eam non esse meritorias, his verbis: *Quia etiam verè sunt (loquitur enim de visionibus divinis) tamen per se meritorie non sunt; & qui multat alia videt, non est melior, & qui nulla, non est minor, sicut est de miraculo alius.* Et in cap. 20. agens de eisdem visionibus, inquit: *Aliqui putant esse aliquid magnum, quod in se nullus est meriti.* Existimat igitur D. Bonaventura, in raptu tantum esse meritum ex directione præcedenti. Idem expressè & laus in lib. de septem itineribus æterni. *Itin.* 5. *distin.* 5. & 6. ubi probat, raptum, quem ipse appellat *superintellecualem*, supra omnem cognitionem intellectus, iam rationis, quam intelligentia contingere, hæcque putat esse mentem D. Dionysii, pro qua etiam sententia adducit Abbatem Verceilensem & Lincolnensem.

Idemque docuit de luminariis Ecclesia *Serm.* 2. ubi agens de sapientia nulliformi, & ecstasica, quam nulliformem appellat, quia est operatio lecce: illima, transcendens omnem operationem intellectus, & omnem scientiam, addit: *Sola affectiva tunc vigilat, & silentium omnibus aliis potentis imponit, & tunc homo alienatus est à sensibus, & in eis quasi positus aut ait verba, quæ non licet homini loqui, quia tantum est in affectu.*

Denique inter Patres Richardus de S. Victore super illud *Plalm.* 4. *In pace in idipsum, agens de raptu, sic ait: Sicut per somnum exterturum soporatur omnes sensus corporis, sic per hunc de quo loquitur, interioris hominis somnum, exuperantem omnes sensus mentis: simul enim absorbet cogitationem, imaginationem, rationem, memoriam, intelligentiam, &c.* Hæc Richardus. Ubi igitur erit iudicium aut libertas in raptu, in quo prædicta contingunt?

Et denique Patres ecstasim, siue raptum, siue raptum nunc appellant morrem, Bernardus in *Cantic.* *Serm.* 52. nunc ebrietatem, nunc insaniam, ut videtur etiam D. Bonaventura de processu Relig. cap. 14. & 15. & Richardum ubi supra, & lib. 4. de contemplat. cap. 16. & ferè omnes Mysticos.

Ex Scholasticis Doctoribus docet hanc sententiam Cajetanus *dist.* *quest.* 173. *art.* 3. ubi probat, veros DEI Prophetas in raptu existentes non prophetare, quod hæc ratione confirmat: *Quia indecens est, ut illi quos DEVS docet & illuminat ad Ecclesia adificationem, irrationabili motu se habeant ad propalandum divina mysteria, ubi per illa verba, irrationabili motu, (ut ipsemet declarat) intelligit mentem à sensibus alienatam; quia tunc mentem non utitur ratione, idem Cajetanus 1. part. *qu.* 2. *art.**